



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Bibliotheca Pontificia**

**Jacob, Louis**

**Lvgdvni, 1643**

R. P. Magistri Reginaldi de Vaulx, Doctoris Parisiensis, Ordinis  
Carmelitarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11153**

---

## APPROBATIONES

R. P. Magistri Reginaldi de Vaulx, Doctoris Parisiensis,  
Ordinis Carmelitarum.

**V**T Bibliotheca hæc Pontificia ex his constat, qui errare, saltem in fide, minimè possunt, ut vniuersalis credit Ecclesia: ita nulli in ea querendi sunt errores. Fideliter enim ac summa cum solertia ab Auctore suo collecta est, ac emendata; idcirco non modò inoffenso pede, sed etiam utilissimè legi ac decurri posse ego infra scriptus Doctor Almae facultatis Parisiensis, ac maioris Conuentus Patrum Carmelitarum Lugdunensium Prior testor. Actum in Carmelo nostro Lugdunensi die decima septima Decembris anni Domini millesimi sexcentissimi quadragesimi primi.

FR. REGINALDVS DE VAULX, humilis Prior  
PP. Carmelitarum Lugdunensium.

---

R. P. Magistri Claudij Perier, Doctoris Theologi  
Ordinis Carmelitarum.

**E**Go Fr. Claudius Perier Almae facultatis Tolosanae Doctor, & Carmelitarum Ordinis professus Sacerdos, quam libenti animo *Bibliothecam Pontificiam*, non modò ingenti & fideli labore à R. P. Ludouico Jacob à S. Carolo, eiusdem Ordinis Carmelitici professo Sacerdote, concinnatam esse attestor, verùm Pontificiam maiestatem sapere ad sobrietatem contendo. Datum in Carmelo nostro Lugdunensi die 2. Ianuarij 1642.

FR. CLAVDIVS PERIER.

R. P. M. a